



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 44. Quænam necessitas Spiritualis dicatur extrema gravis vel communis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

*Bann. Arrag. Nav. Tapia*, quos citat & sequitur *Carden.* in 1. crisi d. 76. c. 2. *Probat*ur 1. nam assumens officium Pastoris ad hoc se obligavit veluti per pactum, ideoque communitas ipsi assignavit proventus ac stipendia. 2. Sic tenetur Bellidux adesse exercitui, Gubernator Urbi de salute temporali periclitanti, ergo multò magis Pastor subdito periclitanti de salute Animæ. 3. Unusquisque tenetur etiam cum damno vitæ succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto, ergo Pastor tenebitur etiam in gravi; Ratio enim & communis sensus dicit proprium Pastorem ad amplius teneri erga oviculam, quàm extraneum. Addit *Suar.* d. 9. f. 2. n. 5. etiam teneri cum periculo magni damni temporalis, si tantùm sit magna utilitas spiritualis, ad hanc enim subdito procurandam se ex vi officii obligavit.

Q. 44. *Quenam necessitas spiritualis dicatur extrema, gravis vel communis.* R. Extrema est, cum proximus versatur in periculo proximo damnationis æternæ; item quandoque, si sit in periculo proximo peccandi mortaliter ex vehementia passionis vel tentationis. Gravis est, si non sit quidem periculum proximum damnationis æternæ, attamen sunt circumstantiæ, quæ salutem æternam reddunt difficilem. Communis est, in qua communiter sunt peccatores in mortali constituti, ita *Carden.* supra: Et de his plura videri possunt apud *Valent.* 2. 2. d. 3. q. 4. p. 3. *Bonac.* in 1. præc. dec. d. 3. q. 3. p. 4. n. 5. *Baldel.* t. 2. l. 2. d. 18. n. 15. *Bass.* t. 1. v. *Charitas* n. 21. *Castrop.* t. 6. d. 1. p. 9. n. 10., ubi dant exempla, præsertim *extremæ necessitatis spiritualis.*

Q. 45.